

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia i
cum fonte primo

Humilitas homines sanctis angelis
similes facit, et superbia ex angelis
demonas facit;

et ut euidenter ostendam, ipsa est
omnium peccatorum inicium et finis et
causa, quoniam non solum peccatum est
ipsa superbia, sed eciam nullum
peccatum potuit aut potest aut poterit
esse sine superbia.

Augustinus ad quemdam comitem.

...jactantiam et superbiam conculcet
profunda humilitas: quia
humilitas homines sanctis Angelis
similes facit, et superbia ex Angelis
daemones fecit. Peccatum nullum sine
superbia. Superbia et cupiditas una sunt
semper.

Et ut euidenter ostendamus, ipsa est
omnium peccatorum initium, et finis, et
causa: quia non solum peccatum est
ipsa superbia, sed etiam nullum
peccatum potuit, aut potest, aut poterit
esse sine superbia.

Anonymous (Augustinus?), *Liber
exhortationis, uulgo de salutaribus
documentis ad quemdam comitem*, 18-19
(PL 40, col.1053).